nal dñi nr̄i ihu xp̄i. cui flectit̄ omne genu celestiū terrestriū
& infernorū in secula seculorū. *ORATIO.*

Preces famule tue. h. qđ dñe benign⁹ exaudi. ut assūptā
castitatis grām te auxiliante custodiat. *¶ AUIA.*

Dŝ qui habitaculū tuū in corde pudico fundasti. respice
sup hanc famulā tuā. h. ut que castigationib; assiduis
postulat. tuā consolationē p̄cipiat. *¶ Benedictio.*

Benedicat te dŝ pat̄. & fili⁹. & sp̄s sc̄s. in omni b̄ndictione
sp̄uali. ut maneat sine macula sub uestim̄to sc̄e marie
matris dñi nr̄i ihu xp̄i. *Ad missā. Preces fa. t. v̄ sup.*

Votuis dñe qđ famule tue. h. adesto *¶ SECRETA.*
munerib; . ut te donante. seruata castitate hereditatē
b̄ndictionis eterne p̄cipiat. *¶ Infra actionem.*

Hanc ḡ oblationē famule tue. h. quā tibi offerim⁹ ob
diē natalis sui. quo eā sacro uelamine p̄tegere dignat⁹
es. qđ dñe placat⁹ accipias. p̄ qua maiestati tue supplices
fundim⁹ preces. ut in numerū sc̄arū uirginū eā transire
p̄cipias. quaten⁹ tibi sponso suo ueniēti cū lampade
inextinguibili possit occurrere. atq; intra regna celestia
grās tibi referat. choris sc̄arū uirginū sociata. Diesq; .

Postcomm̄. Dŝ qui habitaculū tuū. v̄t sup.

*Prefata ū ancilla dei int̄ alias uelatas ad man⁹ ep̄i offe-
rat. ad missā cōmunicet. & post acta m̄ystia. episcopalis
banni signaculo cū om̄ib; suis insignita regrediat⁹ ad
sua. ¶ Ad dyaconam faciendam.*

Episcop⁹ cū dyaconā b̄ndicit. orariū in collo ponat. Qñ
do aut̄ ad eccl̄am p̄cedit. portet illud sup collū suū. sic ū:
ut sūmitas orariū ex ut̄q; parte sub tunica sit.

Item missa ad dyaconam faciendam.

Oeus in nomine tuo. **Ps** Qm̄ alieni insurrexerūt. **ORATIO.**

O castitatis amator. & continentie conseruator. supplicatione nr̄am benigno exaudi. & hanc famulā tuā p̄piti intueri. ut que p̄ timore tuo continentie pudiciā uoluit. tuo auxilio conseruet. & sexagesimū fructū continētie. & uitā eternā te largiente p̄cipiat. **℟.** **lect̄ epi bi pauli.**

Vrs. Hecetis qm̄ corpora ur̄a. Req̄re in. xii. dn̄ica post penthecosten. **Gr̄ fr̄a. iiii.** **Tract̄.** De necessitatib; meis. **V** ad te domine. **V** Et enī. **Alia.** **V** Amavit eū dn̄s. **Demde p̄strata illa ante altare imponat̄ letania. Qua finita. dicat ep̄s sup illam hanc orationē.** **ORATIO.**

Exaudi dn̄e p̄ces nr̄as. & sup hanc famulā tuā. h. sp̄m tue b̄ndictionis emitte. ut celesti munere ditata. et tue gr̄am possit maiestatis acquirere. & bene uiuendi alii exemplū p̄bere. **℟.** **Seq̄t. p̄fationis habens modū. orō.**

O qui annā filiā phanuelis. uix p̄ annos septē sortitā iugale coniugiū. ita in annos octoginta q̄tuor. in sc̄a & intemerata uirginitate seruasti. ut noctib; ac dieb; orōes ieiuniaq; miscētē. usq; ad p̄phie gr̄atiā. sub circūcisione xp̄i filii tui iust̄ remunerator adduceres. quiq; deinceps p̄ aplicā intentionē. sc̄arū hui' ordinationis manib; seminarū. sexus ipsi' adolescentulas ac iuniores instrui cū sc̄i chrisimatis uisitacione iussisti. suscipe dignare om̄ps p̄ssime me rerū omniū d̄s hui' famule tue arduū & laboriosū n̄ satis discrepans a p̄fecta uirginitate p̄positū. q̄a tu creaturarū omniū conditor p̄be. nosti mundales illecebras n̄ posse uitari. s; cū ad te p̄uenit. p̄ te nūq̄m animas semel iustificatas. uel terribiles passionē. uel deliciarū blandim̄ta sollicitant. Nam sensib; q̄b; ipse dignaris infundi.

nichil est desiderabili⁹ qm̄ regnū tuū. Da ḡ dñe appeti-
tionē nr̄am huic famule tue int̄ conjugatas tricesimū.
cū uiduis sexagesimū fructū. Sit in ea cū miscdia distri-
ctio. cū humilitate largitas. cū libertate honestas. cum
humanitate sobrietas. Opus tuū die ac nocte meditē.
ut in die uocationis sue talis esse mereat. *Te ponat ep̄s orariū*

in collo ei⁹ dicens. **S**tola iocunditatis induat te dñs.
Ipsa aut̄ imponat uelam̄ capiti suo corā om̄ib; de al-
tari acceptū. cū antypha ista. *Ipsi sū desponsata. Sequē*

Preces famule tue q̄s dñe benign⁹ exaudi. *Forō.*
ut assumptā castitatis grām te auxiliante custodiat. *Ps.*
Accipe anulū fidei. signaculū sp̄s sc̄i. *Ad anulū.*
ut sponsa xp̄i uoceris. si ei fidelit̄ serueris. *Ad torquē.*

Accipe signū xp̄i in capite. ut uxor ei⁹ efficiaris. & si in
eo p̄manseris in p̄petuū coroneris. *Tūc ab hūis q̄ cir-*
cūstant cantet̄ hec antypha. Anulo suo subarr̄. *Oro.*

Famulā tuā q̄s dñe pia deuotio te iuuante p̄ducatur
ad ueniā. quaten⁹ mereat̄ a cunctis mundari sordib;
delictorū. & reconciliatā tibi p̄ xp̄m. sereno uultu respi-
cias. & om̄ia eius peccata dimittas. Seueritatē q̄q; iu-
diciū tui ab ea clement̄ suspendas. & miserationis tue
clem̄tiā sup̄ eam benign⁹ infundas. *Ps.* *Postea impona-*
tur eugl̄m sc̄dm̄ matheū. Non potest homo accipe.
Post eugl̄m in ordine uelatarū ad man⁹ ep̄i offerat.
choro imponente offertoriū. *Miserere michi dñe. Secq̄.*

Munera q̄s dñe famule tue sacratē. que t̄ ob consecra-
tionē sui corp̄is offert. simul ad anime ei⁹ medelam
proficiant. *Ps.* *Infra actiones.*

Hanc ḡ oblationē seruitutis nr̄e. s; & cuncte familie

12
tue q̄s dñe quā tibi offerim⁹ p̄ incolumitate famule tue
ob deuotionē mentis sue. pius ac p̄piti⁹ clem̄ti uultu re-
spicias: t̄ uero supplicantes libens p̄tege. dignantē exau-
di. Diesq; nr̄os.

Benedictio.

Benedic dñe famulā tuā. p̄cioso filii tui sanguine com-
paratā. **Resp. Amen.** **B**enedictionis tue grām
quā desiderat consequat̄. & sine ulla offensione maesta-
ti tue dignū exhibeat famulatū. **Resp. Amen.** **C**ursū
uite sue impleat sine ullis maculis delictorū. & superet
in bonis actib; inimicū. **Resp. Amen.** **Q**uod ipse p̄sta-
re dignet̄. **Cō.** Seruitē dōmīno ih̄amōre. **Post commūio.**

Bonorū opum d̄s institutor. cor famule tue purifica.
ut nichil mea qđ punire. s; qđ coronare possis inue-
nias. **¶.** **D**yacona uero illa int̄ minist̄ia sacra cōmu-
nicet. & post missā ep̄s ei pastorali bono pacē confir-
met. ut sua cū securitate possideat.

Consecratio uidue que fuerit castitatē professa.

Uidue post eugl̄m debent uelari. q̄a decet eas p̄ eugl̄m
p̄dicari. **U**idua aut̄ q̄a soluta ē a lege uiri. se ipsā si
uult dō dare debet. & a p̄sbro uelari. uel consecratū ab
ep̄o uelam̄ de altari accipe. & ipsa sibi n̄ ep̄s illud de-
bet imponere. **P̄sbris uero licet uiduas uelare. Solis**
ep̄is uirgines. & hoc ante euangelium.

Benedictio uestimentorū uidue que fuerit casta.

Oñs uobiscum. **E**t cum spiritu tuo. **O**remus.

Visibiliū & inuisibiliū creator d̄s. adesto p̄piti⁹ ut
hec indumenta sc̄itatis effigiem ostendentia. desup
grā tua irrigante benedicere & sc̄ificare digneris. **¶.**

Aperi q̄s dñe oculos maiestatis tue ad b̄ndicendum
hānc uiduitatis uestē. ut que inordinatis uestib;

uiri sui uisib; placuit. ^{er}sacra indumenta bñdictionis tue
seruare mereatur. ^{an}¶ **Tunc induat^{an} ipsis uestimtis. et
agat^{an} letania. ea ante altare pstrata. Post letaniã cum
erexerit se. sequatur ista prefatio.**

Th corruptũ eternitatis deũ. & inuolabilis nature dñm.
fr̃s km̃i supplicet^{rib;} dep̃cemur. poscentes p^{rib;} sorore nr̃a. que
corpore ac mente pfecte continentie & pudicicie. se serui
tura^{uer} dño deuouit. ut conuertenti ad se famule sue. ipse q̃
iudex ẽ uiduarũ. pfectã tribuat continentiam. **Bñdictio**

Consolare dñe hanc famulã tuã **¶ Sp̃a uidue.**
uiduitatis laborib; constrictã. sicut consolari dignat^{an}
es sareptenã uiduã p helyã pphã. concede ei pudicicie
fructũ. ut antiquarũ ñ meminerit uoluptatũ. Nesciat^{anc}
etiã incentiua uicioꝝ desideria. ut soli tibi subdat^{anc} ppria
colla. quo possit p laborib; tantis sexagesimo gradu p̃cipe
mun^o delectabile sanctitatis. **¶ A l i a.**

Da q̃s om̃ps d̃s. ut hec^{hec} famulã tuã. que p spe retributio
nis et̃ne se tibi dño desiderat^{anc} consecrari. plena fide ani
mo q; in sc̃o pposito p̃maneat. Tu eã om̃ps pat̃ sc̃ificare &
bñdicere. & in p̃petuũ conseruare digneris. Tribue ei hu
militatẽ. castitatẽ. obedientiã. karitatẽ. & om̃iũ bonorũ
operũ quantitatẽ. Da ei dñe p opib; glãm. p pudore re
uerentiã. p pudicicia sc̃itatẽ. ut ad meritũ possit^{anc} glorie
puenire. **¶ Tunc imponat ipsa uelamen capiti suo.**

Famulã tuã **¶ Oratio post assumptũ uelameñ.**
dñe tue custodia muniat pietatis. ut continentie sc̃e
ppositũ. qd̃ te inspirante suscepit. te p̃tegente illesũ custo
diat. **¶ dñm nr̃m ih̃m xp̃m. A l i a.**

Dñe ih̃u xp̃e om̃iũ d̃s. qui int̃ cetera uirtutũ docu
menta ad salutẽ nr̃am. uigorẽ castitatis & pudicicie

reparasti. te supplices exoram? ut hanc sororem nr̄am ui-
duam ad gr̄am pietatis tue ex toto corde conuersā. ab oib; ^s
tēptationib; inimicoꝝ tutam defensamq; custodias. & hec ^s
capitis uelamina. ad interioris hoīs tutam p̄seuerare facias. P.

Confirma hoc d̄s qd̄ opatus es in uiduā. **A L I A.**
ut fideles custodire ualeat p̄missiones. q̄s p̄miserat t̄. ^{anc}
ut castitatē corpis & aiē exhibere d̄o ualeat. & digne occ̄ ^{anc}
rat. ut sexagesimū fructū cū electis sociis suis accipere ^{anc}
mereatur. P̄ dñm nr̄m. **A L I A.**

O h̄e d̄s uirtutū celestiuū. eterne dñator. tibi supplices
effundim? preces ut hanc famulam tuam conseruare
digneris. quam de pristina conuersatione ad nouitatem
uite. expolians ueterē hoiēm & induens nouū. conuer-
fecisti. ut sicut anna p̄phissa multis tēporib; uestib; ui-
duitatis induta. in templo gl̄e tue ieiunns & orōib; fi-
delit̄ deseruiuit. sic & hec famula tua t̄ soli d̄o in ecclesia ^{hee}
tua deuota mente deseruiat. P. **Postea ep̄s auctoritate**
pastorali denunciēt ei pacē & om̄ib; q̄ illa possidet. & illa
ad missā int̄ uelatas offerat. et communicet.

R A T I O ad missam. In hac̄ unius uidue.

D̄s castitatis amator. & continentie conseruator. sup-
plicationē nr̄am benign? exaudi. & hanc famulā ^s
tuam p̄pici? intuere. ut que p̄ timore tuo continentie
pudiciā uouit. tuo auxilio conseruet. & sexagesimū fruc-
tū continentie & uitā eternā te largiente p̄cipiat. P.
Ordinatio abbatisse monasticā reglām p̄fitentis.
Capitulū ex canone theodori angloꝝ arch̄yep̄iscope.
in ordinatione abbisse ep̄s debet missā cantare. & eā b̄n-
dicere hoc modo. Post ant̄yph̄ ad int̄tū & datā orōnē
& reliquū officiū misse usq; ad eugl̄m. p̄sternat se electa

ante altare cū duab; uel trib; de sororib; suis retro
ep̄m. fiantq; letame. Sequit̄ pat̄ nr̄ cū p̄cib; istis.

Saluā fac ancillā tuā. Dñe d̄s m̄s sp̄ante in te. **O** n̄s con
seruet eā & uiuifcet eā. Et beatā faciat eā in t̄ra. & n̄t.

O n̄s custodiat introitū tuū. & exitū tuū. Ex hoc n̄c & usq;

O n̄s custodiat te ab omni malo. Custodiat aiām tuā dñs.

Mittat t̄ dñs auxiliū de sc̄o. Et de syon tueatur te.

Nichil pficiat inimicus mea. Et fili' iniquitatis n̄ appo.

Esto illi dñe turris fortitudinis. a facie inimici.

Exurge dñe adiuua eam. Et libera eam pp̄t̄ nom̄ tuū.

O n̄e exaudi oronē meā. Et clamor m̄s. **Precib; finis**
b̄ndicat eam ep̄s inclinato capite dicens. Dñs uobiscū.

Concede q̄s omp̄s d̄s affectui nr̄o **O RATIO.**
tue miserationis effectū. & famulā tuā quā ad re
gimen animarū elugim⁹. gr̄e tue dono p̄sequere. ut te

largiente cū ipsa tibi nr̄a electione placeam⁹. **Itē orō.**

Functoz bonoz d̄s institutor. cor famule tue purifica.
ut nichil in ea qd̄ punire sed qd̄ coronare possis in
uenias. **Tunc imponat ei manum dicens.**

Exaudi dñe q̄s p̄ces humilitatis nr̄e. & sup̄ hanc fa
mulā tuā. **H.** grām tue b̄ndictionis infunde. q̄ten⁹
p̄ man⁹ nr̄e impositionē int̄ fideles ministras inueniat.
& cū subditis sibi gregib; placere tibi mereat. **hic exal
tet uocē dicens. P** omnia sc̄la sc̄loz. Amen. Dñs uobiscū.
Sursū corda. Habem⁹ ad dñm. Grās agam⁹ dño deo
nr̄o. Dignū & iustū est. **Prefatio.**

Het iustū ē equū & salutare. Hos tibi semp̄ & ubiq;
grās agere. dñe sc̄e. pat̄ omp̄s. eterne d̄s. respice
sup̄ hanc famulā tuā q̄s. **H.** quā in tui nois uice custo
dē monacharū ordinam⁹. Inmitte ei dñe sp̄m sapien

19
tie & intellectus. spm̄ consiliū & fortitudinis. spm̄ sci-
entie & pietatis. & reple eā spū timoris tui. quatenus
tua grā preuenta nichil contra tuū p̄ceptū faciat. do-
ceat. instituat. uel iubeat. s; magis mentes disciplāz
tam exemplis bonoz opum qm̄ uerbis instruat. &
discipulab; docuerit eē contraria. in opib; suis indi-
cet non agenda. Sit in omnib; opib; suis puida et
considerata. sit sobria & casta. sit uita pbabilis. sit sa-
piens & humilis. sit benigna & karitativa. sit in pau-
perū & pegrinorū susceptiōe assidua. sit in hospitali-
tate hylaris. sit pia & misericors. & semp̄ superexaltet mi-
sericordiā iudicio. ut ipsa a te equissimo iudice ueniā
consequat̄. fac eam dn̄e te solū ex totis uirib; suis dili-
gere. ieiuniū amare. corp̄ castigare. delicias n̄ appetere.
miseris subuenire. neminē odisse. zelū iniustū & inui-
diā non habere. suspiciōnē omnino deuitare in tuo no-
mine. p̄ inimicis orare. fac eā dn̄e semp̄ agnoscere q̄a
tibi redditura est rationē uillicationis sue. & quantas
sub cura sua animas habuerit. ipsas sine dubio ante
sedē maiestatis tue latura sit. Qua p̄p̄t̄ tibi piissimo
pastori supplicam⁹. ut ad humilitatis nr̄e p̄ces. cor ei⁹
grā tua illustres. quo possit queq; singula ita discerne-
re atq; temperare. ut fortes habeant qd̄ cupiant. et
infirme qd̄ non refugiant. Da illi dn̄e spm̄ compuncti-
onis. ut celestia semp̄ diligat. & inextinguibile gehē-
ne ignē ante oculos mentis pponat. q̄ten⁹ supnoꝝ dul-
cedine gaudioꝝ. & infernaliū amaritudine tormentoꝝ
semet ipsā irrephensibile custodiat. ut cū creditis sibi
ouib; in tremendo examine gaudeat. & cū omib; scis
tuis immarcescibile celestis regni coronā accipiat. P.

Te ponat ep̄s manū sup caput ei. dicens hanc orōnē in

Omp̄s sempit̄ne d̄s affluentē **I** modū p̄fationis.
sp̄m tue benedictionis famule tue. h. nobis orantib;
ppiciat infunde. ut que p̄ manū nr̄e hodie impositionē
abbatissa constituit. sc̄ificatione tua digna. a te electa p̄
maneat. ut nūqm̄ postmodū de tua gr̄a separet̄ indig
na. Suscipiat te d̄no largiente hodie in bono ope pse
uerantiā. in aduersis constantiā. in tribulationib; tole
rantiā. in ieiuniis desiderii. in impietatib; misc̄iam.
in humilitate principatū. in supbia odiū. in fide dilecti
onē. in doctrina puigilantiā. in castitate continentiam.
in luxuria abstinentiā. in uarietatib; moderationē. in
morib; doctrinā. Te d̄no munerante talis in hoc mi
nisterio pseueret. qualis leuita elect' ab ap̄lis sc̄s ste
phan' meruit p̄durare. Totā ab hodie diabolicā conū
sationē despiciat. tua d̄ne b̄ndictione largiente contēp
nat p̄sentia. diligat celestia. p̄mia desideret sempiterna.
Sic exemplū & forma iusticie ad gubernandā regendāq;
eccl̄am fidelit̄. ut speculator ydoneus int̄ suas subditas
semp̄ efficiat̄. Sit magni consilii industrie. censure. effica
cie. discipline. Ita d̄ne te tribuente in omnib; mandatis
tuis sine rephensione tibi mundo corde deseruiat. ut ad
brauiū sup̄ne uocationis. multiplicato fenore cū cente
simo fructu. coronāq; iusticie. et ad celestiū thesaurorū
donatiua pueniat. Prestante d̄no nr̄o ih̄u xp̄o. q̄ uiu.

Tunc det ei regulam dicens.

Accipe regulā a sanctis patrib; nobis traditā. ad regen
dū custodiendūq; gregē tibi a d̄o creditū. quantum d̄s
ipse te confortauerit. ac fragilitas humana pmiserit.

Sc̄pt̄ orō. **D**ne d̄s pat̄ omp̄s. q̄ sororē moysi maria

peunte cum ceteris mulieribus; inter equoreas undas. cum tympanis & choris letamur ad litus maris venire fecisti. te suppliciter deprecamur pro fidei famula tua. que materna in cathedra super uniuersas subditas sibi abbatisse constituit. ut ita canonica norma tueat cunctas famulas tuas quatenus ad eternam gloriam te auxiliante cum omnibus illis introeat letamur. ibique exultans cum angelis. canens cantica noua. sequatur agnum quocumque ierit christum dominum nostrum. qui tecum uiuit & regnat. **Oratio.**

Concede quoniam omnipotens deus famule tue abbatisse. ut ostendendo & exercendo que recta sunt exemplo bonorum operum animas suarum instruat subditarum. & eterne remunerationis mercedem a te piissimo pastore percipiat. **R. u. a. l. i. a.**

Omnium domine fons bonorum. iustorumque perpetuum munerator. tribue quoniam famule tue adeptam bene regere dignitatem. & a te sibi prestitam bonis operibus comparare. **P. Si ordinatio abbatisse infra monasterium suum facta fuerit imponatur.** Te deum laudamus? **Populo acclamante Kyrieleyson.**

Post datam uero dignitatem. dicat subsequens oratio.

Deus cui omnis potestas & dignitas famulatur. da famule tue. H. prosperum sue dignitatis effectum. in qua te sepe timeat. tibi que iugiter placere contendat. **P. dominum nostrum.**

ORDO. a. d. f. a. c. i. e. h. d. v. m. o. n. a. c. h. s.

Conueniente uniuerso ceteri monachorum in ecclesiam. ubi ordinatio celebranda est. & prostrato illo in terram que ordinandum est. prior scole ad nutum abbatis imponet antiphonam istam. **Hic accipiet benedictionem a domino & misericordiam a deo**

salutari suo quia hec est generatio querentium dominum. **Psalmus.**
Domini est terra & plenitudo eius. Antiphona.

Cor mundū crea in me d's spiritū rectū inuoua in uiscerib; meis. **Ps.**

Miserere mei

d's. Antyph. Dicam deo susceptor meus es d's m's spabo in eum.

¶ Qui habitat. Deinde letania & pat' nost'. Tunc imponat abbas benedictionē uestim'toy dicens.

Qs eternoy bonoy fidelissime pmissor. certissime p solutor. q̄ uestim'tū salutare & induim'tū eterne iocunditatis tuis fidelib; pmissisti. clem'tiā tuā supplic'te exoram'. ut hec induim'ta. humilitatē cordis et contēp'tū mundi significantia. q̄b; famulus tuus scō uisibilē est informand' pposito. ppicius b̄ndicas. ut beate castitatis habitū quē te inspirante suscepit. te ptegente custodiat. & quē uestib; uenerande pmissionis induis temporalit'. beata facias immortalitate uestiri. **¶ A l i a.**

Que d's bonarū uirtutū dator. & omniū b̄ndictionū largus infusor. te subnixis p̄ub; depcam'. ut has uestes quas famulus tuus. **h.** p iudicio cognoscende religionis induere uult. b̄ndicere & sc̄ficare digneris. ut int' reliq's hoies tibi cognoscat' dicatus. **¶ Te exuat' ab abbe ipse nouit' ppis uestim'tas. & int'roget eū si p̄pā uoluntate abrenunciet mundo. & omib; que s̄ mundi. & qd maius est. ppis uoluntatib;. & si parat' ē ad omnē iniuriā. & obp̄riū sustinendū p amore xp̄i. & si omnia ista g' tuito aīo p̄miserit. dicat illi abbas.**

Expolia te ueterē hominē cū actib; suis. & indue nouū dñm nr̄m ih̄m xp̄m. am. Et adiciens dicat.

Accipe hoc salutare induim'tū. qd uenerabilis pater benedict' illesū custodiuit. ut p ei' imitationē ipsi' cetui aggregat'. ante tribunal xp̄i ualeas pennit' pue

nire. *¶* eundē. *Et induc' ipsū melotē. toto corpe pstrat' ante altare dicat hunc uersuoy.* **S**uscipe me dñe scdm eloquiū tuū & uiuā. et n̄ confundas me ab expectatione mea. *¶* tres uices omib; eundē uersū repetentib; & aspersa aqua benedicta sup eū. dicat' hec oratio.

Domps sempit'ne d's. cui' karitatis ardore succensus hic famulus tuus. stabilitatē suā tibi hoc in monasterio pmittendo. legis tue iugo colla submittit. concede ppici' ut in ultimo examinationis die cū scis ouib; in dextera iudicis locatus. cuncta sue deuotionis pmissa se adimplesse letet. *¶* eundē. **A L I A.**

Ds qui hē famulū tuū a sc̄li uanitate conūsu. ad sup'ne uocationis amorē accendis. pectori ei' purificando labem. grām tuā qua in te pseueret infunde. ut p'tectionis tue munit' p'sidio. te donante qd' p'misit impleat. ut sue p'missionis exsecutor effect'. ad ea q' pseuerantib; in te dignat' es p'mittere bona p'ungat. *¶* **Alia.**

Ds qui beatissimū benedictū electū tuū. abstractū a mundi turbimib; tibi soli militare iussisti. tribue q's huic famulo tuo sub eiusdē monasterio ad tuū seruium festinanti. & pseuerandi instantiā. & p'fectionis usq; in finē uictoriā. *¶* **In ordinatione monachi.**

In ordinatione monachi abbas debet missā cantare. & tres oroēs cōplere sup caput ei'. & septē dieb; uelet caput suū. septimo ū die abbas tollat uelam̄. sicut in baptismo p'sbr septimo die uelam̄ infantū tollit. ita & abbas debet. q̄a sc̄d's baptism' est. vel iuxta iudiciū patrū ei omiā peccā dimittant' sicut in baptismo.

Dignare dñe q's huic famulo tuo. **O R A T I O . P R I M A .** h. renuncianti sc̄larib; pom

pis. gr̄e tue ianuas apire. q̄ despecto diabolo confugit
sub tytulū xp̄i. & ueniētē ad te sereno uultu suscipe.
ne de eo inimicus ualeat tr̄umphare. Tribue brachiū
ei infatigabile auxiliū tui. mentē eius fidei lorica circūda.
ut felice muro uallat. mundū se gaudeat euasisse. ¶

Clementissime dñator dñe tuā inuocantes pietatē sup
h̄c famulū tuū. H. quē a sc̄lo conuersū. in numerū sc̄oz
tuoz accerfere dignat̄ es. q̄s ut conūisionis sue fidē digne
custodiat. & q̄cqd̄ p̄ salute anime sue fuit dep̄cat̄ obtine
at. Sit uita pbabilis. sit sapiens & humilis. sit scientia
uerus. obedientia clarus. conueniens in doctrina. in in
crepationib; immobilis. in grauitate decorus. in cōpal
sione piūssim⁹. in opatione cautus. in dispensatione solli
cit⁹. in tēptatione fortis. in iniuriis patiens. in pace fixus.
in elemosinis prompt⁹. in orōnib; frequens. in miscōia ef
ficax. in subditis pius. nec sit immemor qd̄ abs te de su
is erit factis tuo iudicio iudicand⁹. Hui⁹ q̄q; dñe dep̄ca
mur ut munera placat⁹ suscipias. & ei q̄cquid a te pete
rit clementē impertias. ¶

Omp̄s & misericors d̄s. tot⁹ religionis sc̄e origo. om̄is q;
p̄fessionis in te eterna saluatio. suscipe p̄pitius uotū p̄
fessionēq; famuli tui. H. q̄ de hui⁹ sc̄li uanitate & turbi
ne ad te confugit. Sit q̄s te adiuuante ab omni negocioz
sc̄larū strepitu exut⁹. a delectationib; spectaculoz p̄sen
tū euulsus. a cunctis mundi occupationib; extraneus.
ab antiqui hostis insidiis erept⁹. mundo huic mortuus.
mundi blandim̄tis & illecebris crucifixus. a sc̄larib; p̄o
pis remot⁹. a cunctis maloz implicam̄tis remot⁹. remo
tus a prauis delectationib;. remot⁹ a p̄sentis uite con
tagis. remot⁹ a cunctis prauoz retinaculis. remotus

22
ab omnib; iniq; hostis infidiis. Doce eū dnē omnia hui'
uite p̄spera contēpnere. n̄ timere adūsa. iniurias n̄ in
ferre. s; equanimiter tolerare. inimicos diligere. p̄psequen
tib; & calūpniantib; suppliciter deprecari. nil concupisce
re carnaliter. uel ambire. Non sup̄boꝝ iniuriis fatigat'
deficiat. n̄ eū sup̄bia inflet. n̄ ardor auaricie succen
dat. n̄ incentiua luxurie inflamment. n̄ uana gl̄a tur
pit' iactet. n̄ gula aut ebrietas p̄pediat. n̄ ambiciosa
uentosa p̄cipitet. n̄ ardor animose contentionis exagi
tet. n̄ desideriu' humane opinionis eleuet. n̄ diabolus
auctor p̄ditionis ledat aut p̄dat. s; tue pietatis dextera
clemētissime d̄s eū a cunctis eruat malis. atq; in p̄senti
& in futū sc̄lo p̄tegat & defendat. regat atq; gubernet.
ut te timeat. imitet' & diligat. Aperi ei sensum. ut in di
uinarū studiis litterarū te legat corde & ore. & opere.
meditet' & intelligat. die noctuq; tibi deseruiat. celestia
& eterna sapiat. terrena & caduca respuat. obediens sit
& instructus. amicos & inimicos p̄ tui noīs amore amet
& diligat. Humilitatē & uilitatē teneat & exerceat. casti
monia & pudicia corde & corpe amplectat' & teneat.
patientia & longanimitatē arripiat atq; custodiat. Je
iunio & abstinentie studeat. simul & amet gemitū. orō
nē desideret. atq; ei inuigilet. Peccata sua incessanter cū
lacrimis & suspiriis accuset. & diluat. & te omnipotentē cor
de ore. & ope circūferat semp atq; desideret. Suscipe q̄s
dnē sc̄e. pat' omps. h̄c famulū tuū. quē de hui' sc̄li nau
fragiis & piculis eruisti. & ad monasticā uocare dignat'
es grām. Concede p̄pici'. ut artā & angustā uitā quā p̄
fessus ē. augit' diligat. teneat atq; sectet'. quaten' ad eter
nā. quā in te p̄seuerantib; p̄mittere dignat' es. gloriā

puenire mereat. *¶. Oros monachis specialit' congentes.*

Da famulis tuis q's dñe spm ueritatis & pacis. ut & te. *¶. Tota mente cognoscant. & que se tibi placita toto corde sectentur. ¶. dominu nostru. Oratio scda.*

Gu famulis tuis q's dñe bonos mores placat' institue. tu eis qd tibi placitum sit clementer infunde. ut & digni sint & tua ualeant beneficia pmereri. *¶. Item alia.*

Famulos tuos q's dñe tua semp gra bndicat. & inculpabiles ad uitam perducatur eterna. *¶. Item alia.*

Da famulis tuis q's dñe in tua fide & sinceritate constantia. ut in karitate diuina firmati. nullis teptatomb; ab eius integritate uellant. *¶. Item alia.*

Famulos tuos q's dñe benign' intende. & eis dignant' pietatis tue impende custodiam. *¶. Item alia.*

Respice dñe famulos tuos. & in misericordia tua confidentes celesti ptege benignus auxilio. *¶. Item alia.*

Famulis tuis q's dñe sperata concede. & ab omnib; culpis excusa. *¶. Item alia.*

Ad esto dñe supplicationib; nr's. & famulos tuos assidua ptectione conserua. ut qui tibi iugit' famulant. continua remuneratione dicent. *¶. Ad missa pmo.*

Domps sempitne ds. qui facis mirabilia magna solus. ptende sup famulos tuos spm gre salutaris. & ut in ueritate tibi coplaceant. ppetuu eis rorem tue benedictionis infunde. *¶. Secreta.*

Hostias q's dñe famuloꝝ tuoz placatus intende. et q's in honore nois tui deuota mente p eis celebrant. pficere sibi sentiant ad medela. *¶. Postcommunio.*

Quos ppetuo recreas munere. ppetuo comitari presidio. & quos fouere n desinis. dignos fieri sempitna

Redeptione concede. *¶. Ordinatio abbis. Caplin ex cano-
 y ordinatione abbis. eps debet* **I**ne theodori.
 missa celebrare. & eu vndicere inclinato capite cu duob;
 uel trib; de frib; suis. det ei baculu & pedules. Post
 antiphona ad introitu. & data orone. annunciet eps
 populo dicens. *ASSOCIATIO.*

Ecclē nrē frs kmī. pat electus. suū adest ordinē ad
 suscipiendū. Unde apostolica prius eū censem⁹
 auctoritate examinandū. si suū ppositū & scī Be-
 nedicti regulā uelit ipse obseruare. sibiq; subiectos si
 id ipsū uelit diligent instruere. res q; ecclē ubiq; locoz
 hacten⁹ dispas iniuste. quantū pualet congregare.
 eas q; in usus ecclē & fratru. pauperū etiā & pegrinoz
 obseruare. sicq; dignū eē ad ordinē accedere. **Et autē**
psistente p uirib; se hec adimplere. psternat se eps ante
altare. & abbas sacris uestib; indut; fiant letanie. & seq;
t. pat nost. cū precib; subnotatis. Preces.

Saluū fac seruū tuū. Deus meus sperantem in te.
Ons conseruet eū & uiuificet eū. Et beatū faciat eū in tra.
Ons custodiat introitū tuū et exitū tuū. Ex hoc nē & usq;
Ons custodiat te ab omī malo. Custodiat aiām tuā dñs.
Mittat tibi dñs auxiliū de scō. Et de syon tueatur te.
Nichil pficiat inimic in eo. & fili⁹ iniquitatis n̄ apponat. n. ei.
Esto illi dñe turris fortitudinis. A facie inimici.
Exurge dñe adiuua nos. Et libera nos ppt̄ nomen tuum.
Onē exaudi orōnē meā. Et clamor m̄s ad te ueniat. **ORō.**

Concede q̄s omps d̄s affectui nrō tue miserationis effe-
 ctū. & famulū tuū quē ad regimen animarū elegi-
 mus. grē tue dono psequere. ut te largiente cū ipsa tibi
 nrā electione placeamus. *¶. Consecratio abbatis.*

Sunctoꝝ operu institutor d̄s. qui p̄ moysen famulu tuu
ad gubernandas eccl̄as p̄positos instituisti. t̄ supplices
fundim⁹ p̄ces. teq; deuotis m̄tib; exoram⁹. ut h̄c famu
lu tuu que electio continua famuloꝝ tuoꝝ abbatē hodie
ouiu tuaru instituit. p̄tectionis tue gr̄a munire digne
ris. sicq; ei regere subditos cōmendatasq; oues conceda.
ut cū illis omnib; regna celoꝝ adept⁹. & te opitulante
ap̄licis iugit̄ fultus doctrinis. centesimo cū fructu let⁹
introeat portas paradysi. atq; te d̄no collaudante au
dire mereat. euge serue bone & fidelis. q̄a in pauca fui
sti fidelis. sup̄ multa te constituā. intra in gaudiu d̄ni
tui. Qd̄ ipse p̄stare digneris. q̄ in trinitate p̄fecta uiuis
& regnas d̄s p̄ oīa sc̄la sc̄loꝝ. am̄. *Te imposta manu ca
piti electi ep̄s. dicat hanc orōnē in modū prefationis.*

Imp̄s sempit̄ne d̄s. affluentē sp̄m tue b̄ndictionis fa
mulo tuo. h̄. nobis orantib; p̄piciat̄ infunde. ut q̄
p̄ man⁹ nr̄e hodie impositionē abbas constituat. sc̄ifica
tione tua dign⁹ a te elect⁹. p̄maneat. ut nūq; postmodū
de tua gr̄a separet̄ indign⁹. Suscipiat te d̄no largiente
hodie in bono ope p̄seuerantiā. in aduersis constantiā.
in tribulationib; tolerantia. in ieiuniis desideriu. in im
pietatib; misericordiam. in humilitate principatū. in super
bia odiū. in fide dilectionē. in doctrina p̄uigilantiā.
in castitate continentia. in luxuria abstinentia. in uari
etatib; moderationē. in morib; doctrinā. Te d̄no mune
rante talis in hoc ministerio p̄seueret. q̄lis leuita elect⁹
ab ap̄lis sc̄l̄ stephan⁹ meruit p̄durare. Totā ab hodie di
abolica conūsationē despiciat. tua d̄ne b̄ndictione lar
giente contēpnat̄ p̄sentia. diligat celestia. p̄mia deside
ret sempit̄na. Sit exemplū & forma iusticie ad guber

nandā regendā q; ecclām fidelit̄. ut speculator idone
us int̄ suos collegas semp efficiat̄. Sit magni consiliū
industrie. censurę. efficacie. discipline. Ita dñe te tribu
ente in omnib; mandatis tuis sine rephensione t̄ mun
do corde deseruiat. ut adbrauiū supne uocationis mul
tiplicato fenore cū centesimo fructu corona q; iusticie.
& ad celestiuū thesaurorū donatiua pueniat. Prestante
dño ihu xp̄o. q̄ uiuit & regnat. **O R A T I O.**

Dñs omnium fidelium pastor & rector. famulum tuum que ecclē
tue p̄esse uoluiti ppici respice. da ei q̄s uerbo & ex
emplo quib; p̄est p̄ficere. ut ad uitā una cū grege sibi
cōmisso pueniat sempiternā. **Ps. Tē det ei regulā dicens.**

Accipe regulā a sc̄is patrib; traditā nobis. ad regendū
custodiendūq; gregē tibi a dō creditū. quantum deus
ipse te confortauerit. ac humana fragilitas pmiserit.

Accipe monastice conuersionis regulā. qua ppriā **Item.**
& subditorū corrigere debes uitam. & uide ut n̄ solū
auditor. s; etiā satagas esse illius opator. **O R A T I O.**

De om̄ps & piissime dep̄cām dñe h̄c famulum tuum ppici
intuere. ut grā tua auxiliante in sua subiectorūq;
conuersione precepta sc̄e regule efficacit̄ studeat adim
plere. ut transacto uillicationis sue tēpore. una cū cō
misso sibi grege ppetua potiat̄ beatitudine. **Ps. Tē det
ei cyrothecas et baculum dicens.** Accipe baculū pa
storaltatis. que p̄feras ceterue tibi cōmissee. ad exem
plū iuste seueritatis & correptionis. **Et iterum.**

Accipe p̄lationis uirgā. pastoralis custodie curā signi
ficantē & diligentiam. quaten⁹ in cōmissis tibi ouib;
tam in coercendis earū erratib;. q̄m in omnib; pui
dendis utilitatib; omnino sis sollicitus. **O R A T I O.**

Dñs cui omnis potestas & dignitas famulat. da famulo tuo. h. p̄sperũ sue dignitatis effectũ. in qua semper timeat. tibiq; iugit̄ placere contendat. *¶. ORATIO.*

Omnium dñe fons bonorum. iustorumq; p̄fectuum munerator. tribue q̄s. h. famulo tuo adeptã bene regere dignitatẽ. & a te sibi p̄stitã bonis opib; cõp̄bare. *¶.*

Sequit̄. Te deũ laudam. Populo acclamante. Kyrieleson. Postea dicatur hec ORATIO.

Dñe eterne lucis inuentor. omnipotentia tua suppli-
ci p̄ce deposcim. ut famulũ tuũ. h. quẽ ad regim̄
animarũ elegim. gr̄e tue dono p̄sequis. ut te largiente.
cũ ipsa tibi nr̄a electione placeam. *¶. unigenitũ tuũ. do-*
minũ nr̄m ih̄m xp̄m. cũ quo & sp̄s sc̄o un. & uerus
es d̄s. uiuens & regnans p̄ oĩa sc̄la sc̄lor. *¶. Amen. Et pagat̄*
missa ordine suo. Missa pro abbate. Introitus.

Protector noster aspice d̄s. *Ps̄. Quam dilecta. Collecta.*
Concede q̄s dñe famulo tuo abbati. h. ut p̄dicando
& exercendo que recta s̄t. exemplo bonorũ operũ
animos suorũ instruat subditorũ. & eterne remuneratio-
nis mercedẽ a te p̄ssimo pastore p̄cipiat. Qui uiuis &
regnas cũ d̄o patre in unit̄ sp̄s sc̄i. p̄ oĩa sc̄la sc̄lor. *Sec̄.*

Munera nr̄a q̄s dñe suscipe placatus. & famulũ tuũ. h.
semper & ubiq; misericorditer p̄tegere dignare. *¶. B̄ndictio.*
Benedicat te d̄s celi. adiuuet te xp̄c fili' dei. corpus tu-
um in seruitio suo custodire & conseruare dignet̄. *¶. Amen.*
Mentẽ tuã illuminet. sensũ tuũ custodiat. gr̄am suã ad-
p̄fectũ anime tue tibi porrigat. *¶. Amen. Ab omni malo*
te liberet. dextera sua te defendat. & ad celestia regna
p̄ducat. Amen. Q̄d ipse p̄stare dignet̄. Postcõmunio.

Hec nos dñe cõmunio purget a crimine. & famulum

tuū. h. benigna pietate conseruet. *¶* **Qualit̄ episcop̄
debeat ordinari. Ex concilio niceno. Caplm̄. iiii.**

Episcopū conuenit maxime q̄dem ab omib; q̄ s̄ in
p̄uincia epis ordinari. Si aut̄ hoc difficile fuerit.
aut̄ p̄t̄ instantē necessitatē. aut̄ p̄t̄ itineris longitu
dinē. trib; tam̄ om̄imodis in id ipsū conuenientib;. et
absentib; q̄q; pari modo decernentib;. & p̄ sc̄pta consen
tientib;. celebret̄ ordinatio. **Qua. die. ordinet̄. ep̄s.**

Ecclēsticorū ū ordinū consecratio in ieiunio q̄tuor
tēporū die sabbi celebret̄. Ep̄i aut̄ consecratio q̄ ē ui
carius aplōz. immo & xp̄i. fiet in d̄nico. q̄a eo die p̄ do
nū sp̄s sc̄i dignat̄ ē illustrare corda aplōz. fieri etiā solet
aliq̄tiens in natalicis aplōz. **Ordinatio. ep̄i.**

Primit̄ eligatur. Post electionē dicat̄ ab archyep̄o. Orō.

Remus dilectissimi fr̄s. ut d̄s & d̄ns nost̄ ih̄c xp̄c nos
& electū nr̄m gr̄a sc̄i sp̄s illustrare dignet̄. *¶* **Deinde
dicat̄ iste ūsus. v̄** Exaltent eū in eccl̄a plebis. *¶* & in cathedra
seniorū laudent eū. **Postea mittat̄ in cathedrā & dicat̄ h̄ orō.**

Dmp̄s pat̄ sc̄e. d̄s eterne. tu hominē dignat̄ es in cele
stib; sedib; ordinare. ut ait psalmista. Dn̄e in eter
nū p̄manet uerbū tuū. in celo angelos & archangelos
suo tibi ordine mancipari uoluisti. in ueteris testam̄ti
priuilegio. moysen & aaron. & samuelē int̄ eos in sacer
dotib; tuis qui inuocant nom̄ tuū p̄destinasti. patriar
chas & p̄phas ordinasti. in nouo p̄ filiū tuū ih̄m xp̄m
sc̄os aplōs nobis omnib; tuis seruis ad solatiū elegisti.
primū petrū apl̄m in cathedrā honoris. & mathiā in
eiusdē consortiū apostolatiū atq; cathedrā honoris enu
merasti. & in numero sc̄oz omniū aplōz euocasti. ut sp̄s
sc̄s ait p̄ p̄pham. in cathedra seniorū laudent dominū.

In illis tēporib; diuino nutu de aliis similib; huius simi-
lia contigerūt. Et tu dñe p̄ tua immensa misericōdia in nr̄is
tēporib; da similit̄ grām fratri nr̄o. H. ad instar scōꝝ apo-
stolor̄ tuor̄ sedenti in cathedra honoris & dignitatis.
ut in conspectu maiestatis tue dign⁹ honore appareat.
& in ipso honore omnib; sibi subiectis omnigenarū ex-
empla uirtutū. dictis & factis omni humilitate p̄ben-
do. mereat̄ post hanc uitā inter anglicos choros eterna-
rū sedii solio sublimari. *Peudē. Ordo quē episcopus
in romana ecclesia ordinetur.*

Episcopus cū ordinat̄ primo p̄gredit̄ dominus metropo-
litan⁹ cū electo & cuncto clero & pp̄lo ad ecc̄iam ubi
ipsa fieri uult ordinationē. Et ingressus sacrariū indu-
at se uestimētis pontificalib;. Post pusillū p̄cedat de sac-
rio cū dyaconib; & reliq̄s ministris. sicut reliq̄s dñicis
dieb; mos est p̄cedendi. & elect⁹ sacris uestib; induit̄ pro-
cedat una cū archyēp̄o & cet̄is ep̄is & sacrario ante alta-
re. factūq; ibi scrutinio & concrepantib; ecc̄le signis.
domn⁹ metropolitan⁹ mox ut uult indicet cantori. &
mox incipiat antyphonomam ad introitū.

Regit te dominus sibi in sacerdote magnum & ap̄iens thesaurū
suum optimū & abundare te faciet omnib; bonis. *Exaudiat
te dñs. a* **B**enedixit te d̄s hodie & unxit te oleo leticie p̄re consola-
tib; tuis memor esto nōis dñi dei tui. *Ps̄ D̄s d̄or̄ dñs locutus ē.
Cūq; introit⁹ fuerit finit⁹. p̄termisso Kyrie. domn⁹ me-
tropolitan⁹ imponat Gr̄a in excelsis d̄o. Quo finito dicat.*

Pax uobis.

O R A T I O.

Adesto supplicationib; nr̄is omp̄s d̄s. ut qđ humilita-
tis nr̄e gerendū est ministerio. tue uirtutis impleatur
effectu. **¶** **Hac orōe p̄dicta. posita sella metropolitani an-**
te altare. ceteri episcopales selle ordinent̄ contra. respi-
cientes ad sedē ordinatoris. & ordinandi cathedra col-
locet̄ in medio ceteroz̄. Interim elect̄ ille sacris uestib;
indut̄. hoc est alba. stola. cingulo & cappa. p̄cedat e sac-
rio ducentib; eū p̄ manus duob; ep̄is ante altare. & se-
dentib; ordinabili silentio omnib;. librosq; ordinatio-
nis p̄ oculis habentib;. Ducentes metropolitaniū talit̄
alloquant̄. Reuerende pat̄ postulat sc̄a mat̄ eccl̄a. ut h̄c
p̄sentē p̄sbiterū ad onus episcopat̄ subleuetis. Et metro-
politani. Sc̄tis illū dignū esse. Respondeant. Quan-
tū ad humane fragilitatis spectat examen. credim̄ illum
dignū eē. & metropolitan̄ dicat. Deo gr̄ias. Tē eū qui
ordinand̄ est ita scrutinando alloquatur. ¶ los.

Antiqua scōz̄ **Incip̄ examinatio i ordinōe ep̄i. s̄m gal̄**
patrū institutio docet & p̄cipit. ut is qui ad ordi-
nē episcopat̄ eligit̄. maxime ut legim̄ in canone
kartaginensi. antea diligentissime examine. cū omni
caritate de fide sc̄e trinitatis. & introget̄ de diuersis cau-
sis uel morib;. que huic regimini congruunt. & necessa-
ria s̄t retineri. Sc̄dm apl̄i dictū. man̄ cito nemini impo-
sueris. & ut etiā is qui est ordinand̄ antea erudiatur.
q̄nt̄ sub hoc regimine constitutū oporteat conūsari in
eccl̄a d̄i. & ut irrep̄hensibiles sint. q̄ ei man̄ ordinatio-
nis imponunt. Eadē itaq; auctoritate & p̄cepto. inter-
rogam̄ te dilectissime frat̄ karitate sincera. si omnē pru-
dentiā tuā quantū tua capax est natura. diuine sc̄pt̄e

sensib; accommodare uolueris. **Responsio.** Ita ex toto corde uolo in omnib; obedire & consentire. **Interrog.** **U**is ea que ex diuinis scripturis intelligis. plebē cui ordmand⁹ es & uerbis docere & exemplis. **Resp.** **V**olo. **Interrog.** **U**is traditiones orthodoxorū patrū. ac decretales scē & aplice sedis constitutiones uenerantē suscipe. docere atq; seruare. **Resp.** **V**olo. **Interrog.** **U**is beato petro sueq; ecclē cui a dō data ē potestas ligandi atq; soluendi. eiusq; uicario. successorib; q; ei⁹ fidē & subiectionē p omnia exhibere. **Resp.** **V**olo. **Interrog.** **U**is scē dei ecclē & michi & successorib; meis. fidē & subiectionē exhibere. **Resp.** **V**olo. **Interrog.** **U**is mores tuos ab omni malo temperare. & quantum poteris dño adiuuante ad omne bonū cōmutare. **Resp.** **V**olo. **Interrog.** **U**is semp in diuinis eē negociis mancipat⁹. & a terrenis negociis uel lucris turpib; alien⁹. quantum te humana hec fragilitas consenserit posse. **Resp.** **V**olo. **Interrog.** **U**is castitatē & sobrietatē cū dei auxilio custodire. **Resp.** **V**olo. **Interrog.** **U**is humilitatē & paciētiā in temet ipso custodire. & alios similiter docere. **Resp.** **V**olo. **Interrog.** **P**aupib; & pegrinis. omnib; q; indigentib;. uis eē ppter nom dñi affabilis & misericors. **Resp.** **V**olo. **Tē dicat.** **H**ec omnia & cetera bona tribuat t̄ dñs. & custodiat te. atq; corroboret in omni bonitate. **& respondeant oēs. dñj.**

Item interrogatio de credulitate.

Credis scđm intelligentiā & capacitatē sensus tui scām trinitatē. patrē & filiū & spm scm. unū deū omnipotentē. totāq; in trinitate deitatē coessentialē & consubstantialē. coeternā & cōomipotentē. unū uoluntatis. potestatis. & maiestatis. creatorē omniū

creaturarū . a quo omnia . in quo omnia . p quē omnia . **A**
que sūt in celo & in terra uisibilia & inuisibilia & spiritalia .
Resp. **A**ssentio & ita credo . **Intr.** **C**redis singulam
quāq; in scā trinitate psonā . unū uerū deū . plenū & pfe
ctū . **R.** **C**redo . **Intr.** **C**redis ipsū filiū dī . uerbū
dī . eternalit̄ natū de patre . consubstantialē . coomipo
tentē . & coequalē p omnia patri in diuinitate . tēpora
lit̄ natū de spū scō & maria semp uirgine . cū anima rati
onali duas habentē natiuitates . unā ex patre eternā . al
terā ex matre tēporalē . dīm uerū & hoiēm uerū . p priū
in utraq; natura atq; pfectū . n̄ adoptiuū . nec phantasma
ticū . unicū & unū filiū dī in duab; & ex duab; naturis .
s; in unī psonē singularitate . impassibilē & immortalē di
uinitate . s; in humanitate p nobis & p salute nrā passū
uera carnis passione . & sepultū . ac resurgentē a mortuis
tercia die uera carnis resurrectione . die quadragesima p̄
resurrectionē cū carne qua resurrexit . cū anima ascen
disse in celū . & sedere ad dexterā dī patris . inde uenturū
iudicare uiuos & mortuos . & redditurū unicuiq; scdm o
pera sua . siue bona fuerint siue mala . **R.** **A**ssentio & p
omnia credo . **Intr.** **C**redis etiā spm scm plenū & pfe
ctū . uerūq; dīm a patre & filio pcedentē . equalē & coes
sentialē . coomipotentē & coeternū p omnia patri & filio .
R. **C**redo . **Intr.** **C**redis hanc scām trinitatē . non
tres dōs . s; unū dīm . om̄ipotentē . eternū . inuisibilē et
incomutabilē . **R.** **C**redo . **Intr.** **C**redis scām ca
tholicā & aplicā unā esse uerā ecclām . in qua unū dat̄
baptisma . & uera omnū remissio peccatorū . **R.** **C**redo .
Intr. **A**nathematizas etiā omnē heresim . extollen
tē se adūsus hanc scām ecclām catholicā . **R.** **F**acio .

Anathematizo. **Intr.** **C**redis etiã uerã resurrectione
eiusdẽ carnis quã nẽ gestas. & uitã eternã. **R.** **C**redo.
Intr. **C**redis etiã noui & ueteris testamti. & legis. &
ppharũ. & aploꝝ. unũ esse auctore. dñm ac dñm omĩpo
tentẽ. **R.** **C**redo. **Tẽ dicat̃ ei.** **H**ec tibi fides augeat̃
a dño. ad uerã & eternã beatitudinẽ dilectissime frater
in xpõ. **Respondeant om̃s.** Am̃. **finita examinatioẽ. sub**

Hec sollicita mente & studio uigilanti **S dat̃.**
conserua. & tibi com̃ssis nota facere cura. ut una
nimes uno ore collaudetis dñm. de suis erga uos benefi
ciis. cui exhibend̃ est honor & glã. p̃ oĩa sc̃la sc̃loꝝ. Ac̃.
Ita q̃q; examinat̃ & plene instruct̃. cũ consensu clericõꝝ
& laicoꝝ. ac conuentu totũ puincie epõꝝ. maximeq; me
tropolitani auctoritate & p̃sentia ordinet̃. Nullis det̃
inuitis ep̃s. s; cleri. plebis. & ordinis consensus & desi
deriũ requirat̃. Hñs ita pactis. duo ep̃i coopatores or
dinis sacri. reducant ipsũ electũ in sacriũ. ubi indutus
cambagis. sandaliũ. dalmatica. planeta. & manicis.
egrediat̃ cũ duob; ep̃is & archydiacono. cũ acolitis &
subdyaconib; . & interi qm̃ induit̃ legat̃ apostolus.
lectio epistole beati pauli apli.

Quẽ. fidelis sermo. Si q̃s episcopatũ desiderat. bo
nũ opus desiderat. Oportet g̃ episcopũ irrep̃hen
sibilem esse. unũ uxoris uirũ. Sobriũ. prudentẽ. pu
dicũ. ornatũ. hospitale. doctorẽ. ñ uolentũ. ñ p̃cus
sorẽ s; modestũ. ñ litigiosũ. ñ cupidũ. sue domui bene
p̃positũ. filios habentem subditos cũ omni castitate.
Si q̃s autẽ domui sue p̃esse nescit. quom̃ ecclẽ dñi dili
gentiã habebit. Non neophitũ. ne in supbiã elatus. in
iudiciũ incidat diaboli. Oportet autẽ illũ & testimoniũ

habere bonū ab hīs qui foris sūt. ut doctrinā dī nr̄i ornet
in omnib;. *Gr̄ Memor sit om̄is sacrificiū tuū. Mittere t̄ auxi-*
liū. Gr̄ Immola dō sacrificiū laudis & redde altissimo uota tua.

¶ Congregate illi scōs ei⁹ qui ordinauerūt testamētū ei⁹ sup sacrificia.
Añā Diffusa ē gr̄a. ¶ Desideriū aīe ei⁹. Quando induitur
sandalis dicatur ista orō ab ep̄is astantib; sibi.

Omp̄s sempit̄ne d̄s qui es initiū & finis. fac istū fa-
mulū tuū. H. frat̄e scilicet nr̄m tua b̄ndictione cal-
ciari pedulib; istis. in p̄paratione eugl̄i pacis. Q̄ uiuī.
Hmensā clemtiā tuā rogam⁹ omp̄s *Ad manicas.*
& piissime d̄s. ut manus isti⁹ famuli tui. H. scilicet fr̄is
nr̄i. sicut exterius obducunt̄ manicis istis. sic interius
asp̄gant̄ rore tue b̄ndictionis. ut quecūq; p̄ eas sūt b̄ndi-
cenda uel consecranda. p̄ te b̄ndicant̄ & consecrent̄. Q̄. v.

Ds bonoz omniū auctor & largitor. *Ad dalmaticam.*
guberna famulū tuū h̄c. H. frat̄e nr̄m. ut sicut hoc
t̄pico indum̄to priscoz patrū ritu. latiora uestim̄ta
presentialit̄ p̄stringunt̄. ita mentis ei⁹ uane & uage co-
gitationes. ne in effectū piculosū pueniant. te p̄tegente
coherceant̄. Prestante dn̄o nr̄o. *Ep̄o ū designato sollemp-*
nit̄q; p̄parato. duo ep̄i casulis induti deportent eū su-
peri⁹ iuxta altare. & conūtens se ordinator ad ppl̄m fa-
ciat sermonē si uelit. deinde imponat clerus letaniā. et
p̄sternat se ordinator. electi simul cū electo & certis ep̄is
an̄ altare sup stram̄ta. usq; dū dicat scola Agn⁹ dī. Ut autē
surrexerint duo ep̄i ponant & teneant eugl̄oz codicē
sup uerticē ei⁹. & int̄ scapulas clausū. & uno sup eū fun-
dente b̄ndictionē. reliqui om̄s ep̄i q̄ assunt. manib; p̄-
is caput illi⁹ tangant. & dicat ordinator. O RATIO.

Adesto etiā supplicationib; nr̄is omp̄s d̄s. & qd̄

militatis nr̄e gerendū est ministerio: tue uirtutis com-
pleatur effectu. ꝫ dominū nr̄m. **O R A T I O.**

Quemus dilectissimi nobis. ut huic uiro. utilitati eccle-
puidens benignitas omnipotentis di. gr̄e sue tribuat
largitatem. ꝫ dominū nostrū. **O R A T I O.**
propiciare

Tunc incipiat

alta uoce. **P**er omnia sc̄la sc̄loꝝ. & Amen. **O** omni-
uobiscū. **S**ursū corda. **G**ratias agam⁹ dño dō nr̄o.
eterne d̄s. honor omniū dignitatū. **Prefatio.**

Que gl̄e tue sacratis famulantur ordinib; . **D**s
qui moysen famulū tuū. secreti familiaris af-
fatu: inter cetera celestis documenta culturē: de habi-
tu q̄q; induimti sacerdotalis instituehs: electū aaron
mystico amictu uestiri inter sacra iussisti: ut intelligen-
tie sensū. de exemplis priorū caperet secutā posteritās:
ne eruditio doctrine tue ulli deesset etati: cū & apud
ueteres reuerentiā ipsa significationū species obtineret.
& apud nos certiora essent expr̄m̄ta rerū: quā enigma-
tā figurarū. Illius nāq; sacerdoti interioris habitus.
nr̄e mentis ornatus est: & pontificalē glām n̄ iā nobis
honor cōmendat uestiū. s; splendor animarū: quia &
illa que tē carnalib; blandiebant obtutib;: ea potius
que in ipsis erant intelligendā poscebant. Et idcirco hu-
ic famulo tuo que ad summi sacerdoti ministeriū elegisti.
hanc q̄s dñe grām largiaris: ut quicq̄d illa uelamina
in fulgore auri. in nitore gemmarū. & in multimodi
or̄s uarietate signabant: hoc in ei⁹ morib; actib; q̄

29
claréscat. Comple in sacerdote tuo mystéri tui summa:
& ornamentis totius glorificationis instructum: celestis
unguenti flore sanctifica. **Hic mittat crisma in capi-
te eius in modum crucis et dicatur.**

Unguat & consecret caput tuum celesti benedictione. in ordi-
ne pontificali in nomine patris & filii & spiritus sancti. agnus.
Pax tibi. **E**t cum spiritu tuo.

Hoc domine copiose in eius capite influat: hoc in oris subie-
ctis decurrat: hoc in totius corporis extrema descen-
dat: ut tui spiritus uirtus & interiora eius repleat: & ex-
teriora circumtegat. Abundet in eo constantia fidei: puri-
tas dilectionis: sinceritas pacis. Sint speciosi munere
tuo pedes eius ad euangelizandum pacem: ad euangelizandum bona-
tiam. Da ei domine ministerium reconciliationis. in uerbo & in
factis: in uirtute signorum & prodigiorum. Sit sermo eius & predi-
catio non impulsibilis: humane sapientie uerbis: sed in
ostensione spiritus & uirtutis. Da ei domine clauis regni
celorum: ut utatur non in gloria potestate quam tribuis in edifi-
catione non in destructione. Quodcumque ligauerit super ter-
ram. sit ligatum & in celis: & quod soluerit super terram. sit solu-
tum & in celis. Quorum detinuerit peccata detenta sunt: &
quorum dimiserit. tu dimittas. Qui benedixerit ei. sit benedictus:
& qui maledixerit ei. maledictionibus repleatur. Sit fidelis ser-
uus & prudens: quem constituas tu domine super familiam
tuam. ut det illis cibum in tempore opportuno: & exhibeat
omne hominem perfectum. Sit sollicitudine impiger: sit spi-
ritu feruens: oderit superbiam: humilitate diligat: nec
ea unquam deserat: aut laudibus: aut timore superactis.
Non ponat lucem in tenebras. nec tenebras in lucem: non
dicat malum bonum. nec bonum malum. Sit sapientibus: & in

14
sipientib; debitor. ut fructu de pfectu omniu consequer.
Tribuas ei dñe cathedra episcopale ad regenda eccliam tua.
& plebem uniuersa. Sis ei auctoritas. sis ei potestas. sis
ei firmitas. Multiplices sup eum benedictione & gram.
ut ad exoranda semp misericordiam tua tuo munere semper
ydoneus. tua gra possit esse deuotus. **Respondent**
omnes Amen. Consecratio manuum.

Unguant manus iste de oleo scificato & crismate scifi-
cationis. sicut unxit samuel dauid in regem & ppham
ita unguant & consecrent in noie patris & filii & sps sci.
susipientes ymaginem scie crucis saluatoris nri ihu xpi.
qui nos a morte redemit & ad regna celoz pduxit. exau-
di nos pie pat omnipotens eterne ds. & presta ut qd te
rogam exorem. **¶ eude. Completa benedictione. con-**
firmet pollicem consecrati cum crismate dicens.

Ds & pat dñi nri ihu xpi. qui te pontificat sublima-
ri uoluit dignitate. ipse te crismate. & miltice deli-
butionis liquore pfundat. & spualis bndictionis uber-
tate fecundet. ut quicqd bndixeris bndicat. quicqd
scificaueris scificet. & consecrate manus isti uel polli-
cis impositio cunctis pficiat ad salutem. **¶ eude.**

Creator & conseruator **Benedictio anuli.**
humani generis. dator gre spualis. largitor etne
salutis. tu domine pmitte tua benedictione sup hunc
anulu. ut quicq; hoc sacro scie fidei signo insignitus
incedit. in uirtute celestis defensionis ad eterna uitam
ubi pficiat. **¶ Quando dat anulus dicatur:**

Accepe anulu discretionis & honoris. fidei signu. ut
que signanda snt signes. & que apienda snt apias. &
quod liganda snt liges. que soluenda snt soluas. atq; cre-

30

dentib; p fide baptismatis . lapsis autē & penitentib;
p ministeriū reconciliationis ianuas regni celestis ape
rias . cunctis uero de thesauro dñico noua & uetera
pferas . ut ad eternā salutē omib; consulas grā dñi nrī
ihū xpī . cui cū patre & spū scō est honor & gloria in
secula seculorum . Amen . *Alia.*

Accipe anulū pontificalis honoris . ut sis fidei inte
gritate ante omnia munitus . misericordie opib; insistens .
infirmis cōpatiens . beniuolentib; congaudens . aliena
dampna ppria deputans . de alienis gaudiis tamqm̄
de ppriis exultans . *Benedictio baculi .*

Deus sine quo nichil potest benedici uel consecrari . hē
baculū benedicere dignare . ut quotienscūq; famul⁹
tuus illū gestando & te in corde tenendo p hē sustentat⁹
tue bñdictionis ubertate repleatur . ꝛ dñm . *Quando
datur baculus episcopalis . ordinator dicat .*

Accipe baculū pastoralis officii . id est potestātē ligan
di atq; soluendi . & sis in corrigendis uiciis pie seuiens .
iudiciū sine ira tenens . in fouendis uirtutib; auditor⁹
animos demulcens . in tranquillitate seueritatis cen
surā non deserens . *Item ad dandum baculum .*

Accipe baculū . sacri regiminis signū . ut imbecilles con
solides . titubantes confirmes . prauos corrigas . rec
tos dirigas in uiā salutis eterne . habeas q; potestatem
eligendi dignos . & corrigendi indignos coopante dño
nrō ihū xpō . q̄ cū patre & spū scō u . ꝛ . *Ammonitio .*

